

13  
nem faciat. Qui Pileus magnas pecuniarum quantitates expendit pro more solito, et demum post multa per ipsum, et prius peracta mala cum Bonifacio VIII.

Urbano substituto concordat, qui Bonifaciu*m* ipsum ad cardinalatus honorem restitu*m*, et uti prius Presbyter cardinalis S. Praxedis (num Episcopus Euscalanus nuncupatur). Tandem senio iam affectus moritur, vidique ipsius sepulcrum in Urbe in Ecclesia S. Mariae Novae, cum duobus alijs Cardinalibus ibi sepultis. Fertur modo mihi ipsius ossa ad Ecclesiam Palatinam translatas, ipsiusque sumus ibidem esse honorabiliter tumulatum.

### De Cosmate Archiepiscopo XCIV.

Cosmas XCIV natione Sulmonensis de vili concepsus pro sapientia, de Progenie de Melioratis, satij decora forma, calvus in uncipite, alacrius visus, Doctor Decretorum, et in civili sapientia peritus, licet non Magistralus, et rerum experientia doctus, homo boni consilii. Tempore, quo fuit in minoribus Bononiae studens, fuit tempore Johannis de Lignano